



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Johannis Strauchi[i] Jcti Amoenitatum Juris Canonici
Semestria duo**

Strauch, Johann

Jenae, 1675

Cap. XII. Ad cap. 1. X. de Elect.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10224

*Scrutiniū.**Electio per
compromis.*

tur electus Nicolaus ex laico in Episcopum, Beatus Severus assumptus ex lanificio in Archiepiscopum. Sed videtur hic modus antecedere vel certè comitari reliquos, præsertim in concordia electione. Indicat enim concordia præsentiam Spiritus S. Vide cap. 2. h. tit. in 6. ubi ex scrutiniis dicitur jus eligendi oriri. Scrutinium fit singulorum votis clam, vel ut Polybius loquitur *κτ' ὕλας* collectis, cujus ritus celebres erant in examine Catechumenorum, adhibito exorcismo apud Leonem magnum Epistolâ quinta. Ne scilicet pateat omnibus, quæ agantur, *can. 4. Synodi Laodiceæ*, & ne electiones in præsentia audientium fiant. Denique per compromissum fit electio, cum uni vel pluribus eligendi potestas committitur. *c. Sacrosancta h. t.* quorum judicio standum est, nisi indignum elegerint. *c. causam. 8. h. t.* Id olim usurpatum in summâ discordia plebis & cleri docet concio habita à Sidonio Apollinari in electione metropolitani Bituricensis. Formam scrutiniū refert Onuphrius Panvinius in annotationibus ad vitam Clementis V. apud Platinam, quibus peragitur electio Pontificis quandoque: Cardinalium, inquit, qui conclave ingrediuntur, solent quilibet seorsum eligere & describere proprio codicillo, quem eligat, & proprio anulo codicillum seu breve obsignare, dehinc in calicem, quem tenet Decanus ante altare injicere, postea verò numerantur brevium suffragia.

CAP. XII.

Ad cap. i. X. de Elect.

S U M M A R I A.

- | | |
|---------------------------------------|---|
| 5. Hodie populus excluditur. | 3. Electio olim ad populum simul |
| 1. Capitulum exstat in compil. primâ. | perinebat. |
| 2. Presbyteri quomodo olim eligendi. | 4. Solennitas eligendi tempore Constantini. |

*Capitulum
exstat in
compil. primâ.*

Lucius Pontifex, vel, ut alii Codices, Pius, vel Alexander, variat enim lectio, constituit, ut Presbyter eligatur à fratribus. Habetur hoc capitulum integrè in compil. primâ, unde constat Raymundum id truncatè in compilationem suam retulisse: Ita autem habet: *Nullus in Ecclesiâ, ubi duo vel tres fratres*

in congregatione fuerint, eligatur Presbyter, nisi eorum electione, & Presbyterum convocatis iisdem etiam parochianis, atque in unum consentientibus, quomodo olim enim electio & ad populum pertinebat. Vide Cyprianum *lim eligendi lib. 1. Epist. 4. can. 26. & 28. caus. 16. q. 1. can. 3. & 7. dist. 24.* Hæc di. de re notatu digna est *l. 49. C. T. de Decur.* ex quâ solennitas clericorum eligendorum tempore Constantini Imp. perspicitur. ad populum Nempe si in clericum eligendus quis erat, primo debebat assensus simul perti- accedere ejus corporis, ex quo erat. Deinde & totius populi vo- nebat. cibus debuit expeti. Etsi enim synodi Laodicenæ *can. 13.* electio- Solennitas nes plebi permixtæ non fuerint, *μη τοῖς ὄχλοις ὀπιτρέπειν τὰς ἐκ- eligendi λογὰς ποιῆσαι τῶν μελλόντων καθίστασαι εἰς ἱερατεῖον,* semper tamen *tempore* ratio populi in suffragando fuit habita, ut, præter citata modo *Constanti-* loca, ostendit epistola synodica concilii Nicæni apud Theodore- ni, tum *lib. 1. c. 9.* ibi: *εἰ καὶ λαὸς αἰρεῖτο.* Nazianzenus *orat. XI.* de Athanasio. Augustinus ad Alypium & ad Severum *epist. 27.* Vide Jacob. Gothofr. *ad l. 49. C. T. de Decurionib.* ubi addit hunc morem diu stetisse in Galliâ, idque ex pluribus Gregorii Turonen- sis constare locis *lib. 4. c. 26. lib. 8. c. 22. & initio lib. 10.* ex Syno- do Aurelianensi, *5. c. 11.* ejusque consensionis civium formula ex- stat ap. Marculphum *1. form. 7.* ibi Bignonius. Junge Vicent. Cab- bot. *lib. 1. disp. c. 2.* Confer etiam *L. 6. & 17. C. T. de Epif. & Cler.* Etiam in ordine Romano populo convocato ordinandi eliguntur *Hodie po- pulus exclu- ditur.* & eorum ordinatio publicatur. Sed hæc consuetudo paulatim abiit in desuetudinem. Ideo Raymundus detraxit ea, quæ ad jus laicorum pertinent, & in antiquis compilationibus habentur. Eo denique res venit, ut Clemens V. Ecclesias cathedrales in Curiâ vacantes, Benedictus XI. quatuor Ecclesias patriarchales, & Episcopales Ecclesias apud sedem apostolicam, quomodocunque vacantes, aut vacaturas, denique Pontifices posteriores omnes Ecclesias episcopales, sive in curiâ sive extra sibi reservarint *per regul. 3. Cancellaria.* Regibus tamen Hispaniæ, Lusitaniæ, Galliæ, Poloniæ, potestate nominandi relictâ & solâ sibi Episcoporum confirmatione & institutione retentâ. Ut adeo in solâ Germaniâ consuetudo electionis Episcoporum à Canonicis faciendæ per- concordata Germaniæ servetur. Wagenereck. *ad cap. II. de Elect.*